

VC  
4906









GLADIUS ET RUTA  
 AUSPICIIS ELECTORATUS  
 SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS  
 AC DOMINI,  
 DN. JOHANNIS  
 GEORGII II.  
 SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ MON-  
 TIUMQUE DUCIS, ET S. ROM. IMP. PRÆFECTI  
 PRÆTORII AC ELECTORIS NEC NON EJUSDEM IMPERII  
 H. T. VICARII &c.

PATRI PATRIÆ AC ACADEMIÆ WITTEBER-  
 GENSI CONSERVATORIS PISSIMI  
 CERTISSIMAM DICUNT FELICITATEM:  
 Quam Domino suo Clementissimo, allusione istâ gratulari  
 devotissimè voluit, uti debuit,

M. JOHANNES FABIGER  
 Serenitatis Suae Alumnus.



WITTEB. Apud JOHANNEM RÖHNERUM, Academ. Typogr. Ano cło Ioc LVII.

BIBLIOTHECA  
 PONICKAVIANA





CLAUDIUS ET RITA  
ALBICIS ELECTORALIS

SECRETARI AC POTESTARI PUDORIS  
AC DOMINI

FRANCIS JOHANNIS

GEORGII

22 OCTOBRIS 1714

QUONIAM QUOD IN PRONUM IN PRONUM

IN PRONUM IN PRONUM

SECRETARI AC POTESTARI PUDORIS

AC DOMINI

FRANCIS JOHANNIS

GEORGII

22 OCTOBRIS 1714

QUONIAM QUOD IN PRONUM IN PRONUM

IN PRONUM IN PRONUM

SECRETARI AC POTESTARI PUDORIS

AC DOMINI

FRANCIS JOHANNIS

GEORGII

22 OCTOBRIS 1714

QUONIAM QUOD IN PRONUM IN PRONUM

IN PRONUM IN PRONUM

SECRETARI AC POTESTARI PUDORIS

AC DOMINI

FRANCIS JOHANNIS

GEORGII

22 OCTOBRIS 1714

QUONIAM QUOD IN PRONUM IN PRONUM

IN PRONUM IN PRONUM

SECRETARI AC POTESTARI PUDORIS







**E**, qui Cæsareos portendis in orbe lacer-  
tos

ENSIS; & augusto proceres quæ germine trudis  
RUTA, cano, gracilis quæ fistula carmina fingit.  
Nuperus attonitos graviter nos perculit hor-

ror.

Principis & subitò intonuerunt funera Magni;  
RUTA fuit, GLADII que pari qui semper amore  
Complexi, æterno spondebant tempore Pacē,  
(Ceu puer amisso titubat Ductore fideli  
Et lapsus faciem infausto collidit in orbe,)

Gaudia conuerso pariter mucrone negarunt.  
Non TE hoc SAXO latet, non Vos jactura do-  
lenda

Principis ô MYSI. Lachrymis corrosa Minerva  
Fracta dolens scutum posuit quoque misile  
ferrum,

Mecoenas subitò posuit quod tempore vitam.  
Nam quis JOHANNIS, nisi duro stipite natus,  
Æterno bustum non compluat imbre GEORGI?  
Non passi graviora sumus; Deus auferat omen!  
Ast nunc siste Tuos luctus meritumq; dolorem.

A 2

Sat



Sat lachrymis elegisq; datum. Jam vulnere sano  
Plaudentes cuncti festum celebremus Honorē.  
Imperium Magno Divi gratare Parentis  
Nato, Saxoniae Dominum quoq; ritē Secundū  
Musa datum coelo per gaudia festa triumphas.  
Immitis Mavors dum corripit ense Polonos,  
Haud minus atroces surguntq; in funera Parce,  
Incipe Saxonias mecum mea tibia laudes.  
Materiem Tibi RUTA dabit, sacratuſ & ENSIS.  
ENSEM Saxonibus, primus cū ritē sacraret,  
Imperii Septemq; Viros tunc esse juberet,  
Qui majestatem supplerent Principe functo,  
CÆSAR porrexit, meritis Virtutibus almæ  
Saxonicae Domūiq; insignia contulit ampla.  
Hinc Reges Alemannus habet, Diademate  
quondam

ROMA tulit, fausto tum nomine & omine re-  
gnans.

Nobilis in gentes quæ non tum bella gerebat.  
SAXO: Sarmatiae Turco data damna docebunt.  
Et tua busta canunt, ô Anglia candida, laudes  
Nostraq; templa tenent vobis oblata trophæa.  
Annales testes, quas non dedit Angela strages  
Vos facilesq; jugo mulier possederit olim.

Tum



Tum tua Saxoniam tremuerunt littora gentē,  
Cum daret indomitis Leges, & iussa doceret.  
Sancta sequi; felix tamen Insula magna fuisti,  
Optima Saxonici ferres dum sceptrum Parentis.

\* \* \* \* \*

Incipe Saxonias mecum mea tibia laudes.

Non facunda Domum satis hanc celebrare va-  
lebunt.

Carmina, Divinis opus hoc in germine Home-  
Postquā Romanus supremus & Arbiter ipse (ris  
Tempore sat longo Imperii sacra signa tulisset,  
Huic POMUM, Mundi Imperium & quod jura  
notaret:

CODICE, quo summi signaret Cæsaris alter.

Iusta SACRI SCEPTRI & CLAVIS tulit alter honores.

Sed Nostro meritis præclaro & laudibus ENSEM

Contulit Imperii, Mareschallo ritè vocato. (stra!

O quoties frameam hanc senserunt hostica ca-

Haud semel infidi malè juramenta negarunt.

Romano Capiti, scelerataq; bella cierunt:

Vindex obsequium docuit tunc ENSIS at Hostē

Augusti inq; fidem & mox sacramenta coëgit.

Nam velut infesto forsan tentata bacillo,

Mellifera erumpunt cum caro examina Rege

Et defixuræ lætentes spicula in hostes,

Obvia quæq; petunt, his vulnera sæva feruntq;:

B

Ensi-



Enfifer augusto cinctus sic agmine Princeps  
Plurima damna dedit temnenti Cæsaris iram!

\*\*\*\*\*

Incipe Saxonicas mecum mea tibia laudes.

Quid Vos commemorem, ô æternæ nomina  
laudis!

Te Elector FRIDERICE potens, Te Dive

JOHANNES

Purpura quos genuit Germanis gensq; togata.

Alma mihi laudes numerâ Witeberga serenas

Quas Ducibus referam Hesperidum Chari-  
tumq; Patronis,

Quæis spontè Hospitium celebris juxta Albidos  
undas (nis:

Summæ Parnassum Sophiæ & posuere Camoe-

Hinc nova lux oculis media Babylone refulsit.

Lux Evangelii, Magnus cum fortè LUTHERUS

Sordida TECELII castigans dogmata, fraudes

Atq; dolum Papæ sublatâ veste retexit.

Quas non, Imperii concusso cardine, curas

Sustinuit Christoq; fidem tum SAXO probavit!

Cum fureret Mundus, bullis bannoq; tonaret.

Papa LEO, ferro tollens ac igne LUTHERI

Libros, qui explosis hominum divûmq; precâ-

Censebant meritum Jude de stirpe Leonis (tum

Æternæ Solum mediumq; viamq; salutis.

CARO-



CAROLUS Augusto QUINTUS Diademate cincto,  
Optimus ingenio placidusque ad singula Prin-  
ceps.

Cum crassas Cleri tenebras & scandala tanta  
Haud æquis animis ferret nullusq; probaret:  
Mox pavidam Præsul Romanus fulmine inani  
Terruit, innocuos ferro flammâq; LUTHERI  
E medio Sectatores mox tollere iussit.

Quis Tibi tunc animus, quæ mens FRIDERICE se-  
Confilium, Pietas, verè studiumq; salutis (debat?  
Magnanimusq; Tibi, ceu murus aheneus, ENSIS.  
Et Te pro Christi fortem grege ad arma move-  
MAURITI capti successor ritè JOHANNIS. (bant,  
Non Te Romani data gratia Cæsaris unquam  
Coepit, collati donum septemque Viratus.

\* \* \* \* \*

Incipe Saxonicas mecum mea tibia laudes.  
RUTA Tibi grandes conceptus, nobile nomen.  
Adfert, sollicitam studia in contraria curam.  
Est modus in rebus tamen ipsis optimus index.  
Augusti capitis decus & sacrata corona. (na  
Quæis Te luminibus, quàm doctaq; pinget ave-  
Fors emblemata tibi clypeus dabit inclytus auro  
Saxonis alma Domus, dabit & tibi Teutona tel-  
Gaudia RUTA, simul te tristia busta docebit. (lus  
Pellit, ait Medicus, mordacia RUTA, venena



Et, quos haud potuit, medicantis tollere cura,  
Ruta tulit morbos, & corpore funera abegit.  
Nobilis herba, tuas cantat Schola tota SALERNI  
Dotes, quæis Regi præstas secura venena:  
SALVIA CUM RUTA FACIUNT TIBI POCULA TUTA.  
Mordes, mordacis mala quò mortalia morbi  
Evellas penitus; sed gratam succus amarus  
Præstat opem lasfis, vitæq; emortua donat.  
Sunt quoq; pestiferi, quos publica Resq; Do-  
musqve

Continet, infestant corpus qui pure maligno  
Actuberes patrant & tormina & ulcera, morbi.  
Horum alios Augusta manus ferit ENSE minaci,  
Ne gangræna suos infestet mortua Cives.  
Ast aliis peramica dedit medicamina vitæ  
RUTA VIRENS, viridi quo germine viveret omnis  
Quem peccasse piget, proprium offendisse Du-  
cemque

Gemmea DRESDA sacro à tãtoq; in fessa parente,  
Hortus tu RUTAM gremio complecteris almã,  
Æternum felix ac terque quaterque beata,  
Quæ generas, trudis, componis germina RUTÆ  
Atq; Electorum pia tempora ritè coronas:  
Nulla dies unquam memori Te tollet ab ævo.

\* \* \* \* \*

Incipe Saxonicas mecum mea tibia taudes,  
Musa



Musa mihiq; Ducum da illustria dicere gesta.  
Cum fortè innocuo tenebris imponeret orbi  
Papa, venenatas & spargeret undique bullas,  
Pro nummis veniam delicti venderet atque;  
Surrexit Monachus gestis verboq; LUTHERUS  
Prævalidus, Papæ qui dogmata falsa cecidit,  
Vertice tergeminum detraxit Præfulis atque  
Sertum Romani, ventrem & furatus obefis  
Post Monachis, magnus ceu quondam fatur.

ERASMUS.

Heic mihi RUTA salus properis mox advolat  
alis:

Heic tibi RUTA fuit summæ WITTEBERGA saluti:  
Heros magnanimus Tibi namque Academia  
sanctos

Doctores, Urbem qui dogmata pura docerent  
Fermentumq; vetus Papæ tenebrasq; fugarent,  
Substituit, cunctis largitus præmia lauta.

Non Te RUTA, inquam, Romanus terruit hor-  
Præfulis, & bullæ, non fulmina inania, banni (ror  
Sedis Apostolicæ, nec quæ solenniter ipsa

Murmura Pontificis sacrarunt munera larga,  
Saxonæ ROSA magna Duci, dono aurea missa.  
Ibat Dogma Dei firmis, quæis constitit, ausis.

Ægrè cumq; dolum Papæ pia Regna tulissent,

C

Alte-



Altera post alias Urbes populiqve Latinam  
Evomuère luem, Nostræ medicamine RUTÆ.  
Namq; dedit SAXO lectos sacrosqve Ministros  
Urbibus & populis, quos Tu Schola magna tu-  
Leucoris & fausto genuisti germine RUTÆ. (listi  
Sic generes WITEBERGA Viros, partuq; perenni  
Liberi & eximii coelesti dogmate libri  
Illustri celebriqve Tuo fundantur ab alvo.

\* \* \* \* \*

Incipe Saxonicas mecum mea tibia laudes.  
Non tibi RUTA timor mortis: non tristia signat  
Funera, quæ gelidæ perdurat tempora noctis  
Quæqve fugat pravas mortali corpore plagas.  
Hæc animo Cordiq; tuo medicina salutem  
Adferet, & dubiæ donabit munera vitæ.  
Cum faciem videas, viridi sunt lilia flore.  
Sed quæ Saxonicae fuit olim gloria gentis  
RUTA salutiferæ Crucis obtinet ecce figuram.  
Scilicet ista cruces debet calcasse Rosasqve,  
Præstigias Romæ, Divorum & carmina vana;  
Adq; crucem Christi, meritum, mortem atqve  
cruorem

RUTA suas flores convertere, crescere ibique,  
Et monstrasse sacras populis sitientibus undas,  
Quas Romana superstitione turbaverat olim.  
O Domus, ô felix plausu celebranda perenni,  
Et



Et nimum dilecta Deo, quam lumine sacri  
Donavit verbiprimum, veræqve salutis  
Represis tenebris referavit Leucore fontem;  
Quem facer Imperii GLADIUS septemq; Viratus  
Haetenus illæsum servavit adusqve JOHANNIS  
Tempora magnanimi pia feraq; fata GEORGI.  
Quem FRIBERGA tuo tumulasti pectore nuper.  
Heu mihi! quàm facilis, quàm justis Principis  
aura

Extincta, & Patriæ gravis est jactura Parentis!  
At nunc Castalides gratanti plaudite scepro.  
Prome tuos celebris jã Leucoris unda colores  
Atq; tuas nostris precibus, bone, quisquis es,  
adde.

Magne Pater, compeſce precor Tua fulmina,  
poenas

Hæc etenim in nostras satis est funesta procella.  
Quiq; Patrem nobis, Electoremq; benignum  
Ad Tua Regna vocans, post tēpora fera, tulisti:  
Da Pater, ô Hominum Divumq; æterna pote-  
Qvò Magno Natus succedens ritè Parenti (stas  
IMPERET AUGUSTUS FELIX ET VIVAT IN ÆVUM!

Ast serva Nobis æternæ verba salutis Oratio ad Eccle-  
siast. Canticum. 2:  
Et conjurati frangas Viresq; dolosq; Erhalt uns  
Herr bey d  
Hostis, divino JESUM qui fraudat Honore.



FK No 4906

Exsere Christe tuos contra hostem & tende la-  
certos,

Et majestatis propriae Rex assere jura,  
Christi adumque gregem clementer protege  
parvum

TE qui sponte Deum Dominumque fatetur  
Olympi.

O qui munda creas sanctorum pectora verbo,  
Spiritus alme, tuos concordi junge fideles

Nexu, qui spargunt divinae dogmata vocis:

Atque paracletus facilis mortalibus aegris  
Adsis, tolle metum, vitae solamina praesta.

Occultis & quae struxerunt artibus in nos  
Roma, Sathan, Turcus, genstrux inimica Ti-  
bique,

Præcipites in busta cadant pereantque maligni.

Si Te cognoscent Dominum Regemque Sionis,

Nos populumque tuo Jesu, tibi sanguine partum

Lædere cessabunt atque infestare timebunt.



bx

nc



lela-  
tege  
etur  
rbo,  
is:  
a Ti-  
igni.  
nis,  
tum  
t.  
D  
Q  
I  
A  
E  
H

ULB Halle 3  
004 807 928  


VD 77










N. 3, 3.

Vc  
4906

GLADIUS ET RUTA  
AUSPICIIS ELECTORATUS  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI,

DN. J  
GE  
SAXONIAE  
TIUMQUE DI  
PRÆTORII AC  
PATRIS PATR  
GENSIS  
CERTISSIA  
Qvam Domino S  
M. JOH

NIS  
II.  
Æ MON.  
PRÆFECTI  
IMPERII  
WITTEBER-  
SSIMI  
TATEM:  
ne istâ gratulari  
IGER



WITTEB. Apud JOHA... gr. Ano clō Ibc LVII.

